

fuit templum Iovis Balmarcodis, cuius inscriptiones dabimus infra (III S. 6680 Mommsen vidit ectypum). — 1) Via unus ex nobilibus huius nominis, quos novimus consulatibus functos esse circa a. p. Chr. 28 et anno 35. Ceterum Antistii memorantur in titulo eiusdem loco III 133.

3491 Q. Mucius Q. [l.] | Trupho ser. | vovit, leiber solv. | l. m. | Bonae deae | sacr.

Romae, bis descripta (VI 59 cf. add. p. 331).

3492 [lu]cus Bonee deae | dedicatus, ut liceat | per masculos rem|un-dari, permit. Pom. . . | com[mag]t[s]l[r].¹, ara. posu. | Ren. Maxim. uxor Umbro[nis] p. p.², posit. in va[luo]³ | suo.

Prope Spolegium rep. (XI 4767 descripsit Bormann). — 1) Permittente Pompeia (?) commagistra (?). — 2) Primpilaris. — 3) Supplevit Mommsen intellegens de loco profano.

3493 Septimia Galla, | Alennia Sabina, | Petronia Tertulla, | Bonae deae | d. d.

Prope Tuder rep. loco dicto Elci, lamina aenea (XI 4636 = Bull. Inst. arch. 1881 p. 9 vidit Gamurrinius).

3494 Quieta Aties | Pieridis | ministra Bonee die (sic) | proma¹ posit. d. d.

Prope Tuder rep. una cum ea quae praecedit, basis, quae videtur sustinuisse statuam muliebrem (XI 4635 vidit Bormann). — 1) Promae vocabulum similiter hic usurpari ut alibi saepe masculine promi vocabulum, putant Gamurrinius et Bormann.

3495 Aurunceia Sp. f. | Acte mag. | Bonee deae tunicas | duas et palliolum, | raras caleinas¹, et | lucerna aera d. d.

Signiae (Eph. ep. 8, 624 descr. Gatti bull. Inst. 1883 p. 190). — 1) Callinae lacernas memorat Martialis 14, 139, vestis serica callina memoratur XIV 2243 (galbinas in lapide fuisse coniecit Mommsen conferens Iuvenal. sat. 2, 97).

3496 Bonae deae | Caiena Priscae lib. Attice | ministra (corona querna vittata, in qua duae aures inauribus ornatae cernuntur; in lateribus: patera, in qua caput virile cornutum insculptum est; urceus).

Arelate (XII 654 vidit Hirschfeld).

3497 Auribus | B. d. d.¹ | Petrusia | Proba | magistra | Galgesti | Hermerot.

Aquileia ut videtur Patavium delata (V 759 descripserunt Patavini complures saec. XVI/XVII). — 1) Auribus Bonae deae dedit. Cf. infra N. 5848.

3498 Bonae deae paganae¹ | Rufria C. f. Festa, | Caesilia Q. l. Scyllace, | magistrae, d. p. s. — Decidia L. f. Pauli[na] | et Pupia L. l. Peregri[n]a | ministrae | Bonae deae | aedem fecerunt | d. p. s.

Aquileiae (V 762 bis ut videtur descripta saec. XV vel ineunte XVI). Tituli duo, qui videntur in eodem lapide (iuxta positi) fuisse. — 1) paganae pars codicum per quos apographa illa ad nos pervenerunt.